

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio I  
cum fonte primo

Omnipotens electorum suorum  
aduersarios temporaliter permittit  
excescere ut per malorum seuciam  
purgetur uita bonorum. Nunquam  
quippe Dominus aduersos  
bonis permetteret nisi eciam  
quantum prodessent uideret. Nam dum  
iniusti seuiunt, iusti purgantur, et  
utilitati innocencium militat uita  
prauorum, dum hanc et premando  
humiliat et humiliando semper ad  
melius format

quia mala reproborum bonos, dum  
cruciant, purgant, utilitati iustorum  
militat eciam potestas  
prauorum.

Gregorius XX. libro moralium.

Et  
omnipotens Deus electorum suorum  
aduersarios temporaliter permittit  
excescere, ut per malorum saeuitiam  
purgetur uita bonorum. Numquam  
quippe Dominus aduersos  
bonis esse permetteret, nisi etiam  
quantum prodessent uideret. Nam dum  
iniusti saeuiunt, iusti purgantur et  
utilitati innocentium militat uita  
prauorum, dum hanc et premando  
humiliat, et humiliando semper ad  
melius format.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20,  
24 (CCSL 143A, M. Adriaen ed.,  
p.1041, ll.31-38).

Quia igitur mala reproborum bonos dum  
cruciant, purgant, utilitati iustorum  
militat etiam potestas  
iniquorum.

Gregorius Magnus, *Moralia in Iob*, 20,  
24 (CCSL 143A, M. Adriaen ed.,  
p.1042, ll.53-55).